



27

**DE CONCILIO**  
**TRIDENTINO, ET OMNIBVS**  
**PATRIBVS IN EO CONGREGA-**  
 tis ad Illustrissimum, & Reuerendiss. prias  
 cipem, & Cardinalem **LVDOL-**  
**PHVM MADRVTIVM.**


**VINCENTII ZANNELLI**  
 Thausignani Archipresbyteri  
**SYLVA.**



**RIPAE TRIDENTINAE**  
 Apud Iacobum Marcariz.

— — — — —  
 1 5 1 6 3 :





DEPARTMENT OF JUSTICE

FEDERAL BUREAU OF INVESTIGATION

WASHINGTON, D. C. 20535

MEMORANDUM FOR THE DIRECTOR

FROM: SAC, [illegible]

SUBJECT: [illegible]

RE: [illegible]

[illegible]

[illegible]



[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]



**C**ONCILII CAUSAS, & prima exordia, uos  
Qui dudum gelidos Athēsis uenistis ad ortus  
Magnanimi Heroes, sancti decora alta Senatus,  
Quorum clara regit sacrum caput Insula; dicam.  
Magnam opus, & nostris non illud uiribus æquum  
Ni mihi, quæ uestros ad cælum tollit honores  
Callope nemorum penetralia sacra recludat,  
Et numeros promat dulces, & carmina dicet.  
Ipse quibus uestras & res, & nomina pandam.  
At tu, quem terris misit pater ille Deorum  
Omnibus ornatum uirtutibus, ut tua cuncti  
Mortales uitis uisis exempla secuti  
Cœlestium fedes properent complere beatas.  
Adsis MADRV TIAE gentis decus, aurea quondam  
Tempora cui tripli præcinget Roma Tiara,  
LVDOVICI Emis q; fauens allabere cœptis.  
Viderat Altitonans, qui temperat omnia nutu  
Regem Herebi, Eumenidas q; truces, pestes q; profundi  
Gorgoneum seruas passim sfudisse uenenum,  
Quo miser inuisant torrentia tartara Ditis  
Mortales, grauius q; onerati membra cathenis  
Verbera perpetuum patiuntur atrocia, & ignes.  
Cum secum meditans, placido sic pectore fatur,  
En ego cœnosa, Homines phlegetontis ad undas  
Ire sinam: carus quos Natus sanguine fuso  
Abluit, ipsoform q; lues, atque impia facta:  
Quos q; ego coelicolum cætus augere uerendos  
Iam duxi dignos, epulis q; accumbere nostris:  
Talia non patiar, uerum stellantia claustra  
Ascendent, animo sedet æternum q; sedebit.  
His dictis fidum fulgenti uestre Ministrum  
Formosum Iuuenem uocat optimus, atque ita fatur,  
Vade age: & irrora diuini Numinis unda  
Insignem pietate PIVM, cui claudere foli  
Et referare dedi splendentia limina cœli;  
Qui q; regit pro me totum ter maximus orbem,  
Tisiphones dirum Medices ut pellere uirus,  
Et generi ualeat languenti ferre salutem.  
Dixerat, imperio summi parere Tonantis  
Ille parat, uolucres q; pedes splendentibus alis

Cingit, & auratos crines dat spargere uentis,  
 Quem sequitur syncerus Amor, Spesq; inficia fraudis,  
 Atque Honor, & pietas pulchroq; similima uitro  
 Clara Fides, puri q; parens nitidissima Veritas  
 Iamq; uolans celsas Capitoli uenit ad Arces,  
 Quas rigat hetruscus flauenti flumine Tygris,  
 Magnanimumq; PIVM inuenit secreta legentem  
 Scripta Dei, precibusq; illum uotisq; rogantem,  
 Vt miseris ueniam tribuat mitissimus, inq;  
 Obscura mersis nebula uera aurea lucis  
 Lumina, demonstrer diuini & lampada solis.  
 Mandata exequitur perfundens Numinis unda  
 Pontificis pectus, totum quæ proluit, ut ros,  
 Aspera cum glacies Zephyri felicibus auris  
 Soluitur, & uario se pingunt prata colore  
 Purpureasq; rosas, & lilia candida guttis  
 Spargit mellifluis. dein alta palatia coeli  
 Ascendens subito in tenues euauit auras:  
 At PIVS asperus diuino rore potentes  
 Hortatur Reges, bonus ut pater impia monstrans  
 Vulnera, ut hæc leni secum medicamine, curent,  
 Ne fera uis pestis totum contamine orbem.  
 Conciliumq; parat sapiens indicere sanctum,  
 Hac una certus morbos auferre medela:  
 Cerratim Reges mentem pastoris honestam  
 Extollunt, spondentq; operis, opibusq; iuuare.  
 Concilium ille aperit sacrum, patribusq; uocatis  
 Prouidus indicit mandans properare Tridentum.  
 Callidus id cernens tantorum causa malorum  
 Rex Orci, (quid enim non preuidet omnia linceis  
 Ille oculis lustrans?) cupiensq; auertere rectum  
 Consilium uariis fallaces cogitat artes,  
 Intorquensq; aciem horribilem uicina uocauit  
 Numina tartareas pestes; illæ agmine facto  
 Conueniunt tristes, uenit atrum impexa capillum  
 Tisiphone manibus gestans crudelia bella,  
 Lurida & Alecto properat furiale uenenum  
 Ore, uomens atres oculisq;, & naribus ignes,  
 Terribilis sequitur quam immiti cincta flagello,  
 Et flammis, curaq; ultrici armata Megæra,

Centum alia Ditis spissis horrenda tenebris  
Atria conscendunt, quæ seruant Gorgonis anguis  
Hydra q; Centauri q; truces, Scyllæ q; bifformes,  
Et foedæ Harpyæ, & flammato uentre chimæra:  
Quas mæsto accepit uenientes ore Tyrannus,  
Cineris q; locat fœuas in sedibus omnes.  
Dein indignanti similis sic farier inquit.  
Non satis est focii sedes quod celsimus altas  
Regifico luxu, structas auro q; recoctis  
Inuisis superis quod luce carentia claustra  
Incolimus, tenebris q; æternum obuoluimur atris:  
Non satis est patri, quod Natus tartara rumpens  
Inuitis nobis abduxit cara trophea,  
Nec nostræ potuere minæ, non cerberus horrens  
Latratu inuictum Iuuenem terrere trifauci:  
Quin parat ille etiam Iaculator fulminis ingens  
pellere nos latebris, merito & spoliare triumpho  
Concilium indicens, quo nostrâ uincere suetæ  
Frangentur uires; phlegeton torrentia flammis  
Scuta, hinc & galeas respergas sanguine uoluet:  
Pendebunt q; illi taurina fronte cathenæ,  
Si non quæ semper fauit solertia nebis,  
Impedit attentans animos auertere Regum.  
At si fata uolent nostrum rescindere Regnum:  
Nusquam debemus miseri sperare salutem.  
At licet in longum prodicere, semina belli  
Spargentes, Reges q; ipsos, Regum q; ministros  
Debellare odiis, licet & discordibus armis:  
Vt lætis saltem uictoribus aspera, sit q;  
Ipsa suo infelix Victoria parta cruore:  
Quæ circa fidos debemus mittere ad aulas  
Heroum illustres nostra de gente ministros,  
Qui cædes, qui bella parent, qui crimina Belli  
Quætere non cessent fundentes arma per agros,  
Pestiferum q; assent secundo pectore uirus,  
Ne quid inexpertum linquamus, fœua paremus  
Verbera, & inuisa horrificet nostrâ umbra paucos;  
His dictis, uario consurgunt murmure cuncti:  
Lucifugæ, & dictis Orci parere uolentes,  
Pars pedibus nigras nectit uelocibus alas,

Inuadit q; urbes spargens lethale uenenum,  
 Quo uulgus leue, & incertum corrumpere tentat.  
 Bella, alii cœdes q; ferunt, aulas q; superbas  
 Inuisunt Regum quærentes rumpere sancta  
 Fœdera, splendentes q; fidem uiolare potentum.  
 Nonnulli inuidia, unanimes consumere fratres  
 Atque odiis agitare, Aliqui connectere fraudes,  
 Infidias q; parant, pars maxima gessit inani  
 Ambitione uiros nigro submergere Auerno,  
 Relligione Alii ficta monitis q; nefandis.  
 At pater inualidos nixus facit, omnia lato  
 Numine qui torquet suadens properare Tridentum  
 Pontifices sacros, sanctis qui hortatibus acti  
 Undique, conueniunt alta Urbis tecta replentes.  
 Interea Nyfæe, Athesi quam protulit Anthi:  
 (Anthi Naiadum pulcherrima Nympha fororum)  
 Mirata externos cultus, atque ora Virorum  
 Nobilium, (huic etenim, custodia credita patris  
 Tunc erat,) umbrosum subito percurrit ad antrum,  
 Et uenisse Viros externos q; dine longo  
 Nunciat illa patri, qui cinctus arundine glauca  
 Limfos crines, cubito subpalæus aquarum  
 Urnas fundebat muscosa fronte, dabat q;  
 Iura suis lymphis, exterritus extulit altum  
 Taurinum caput, & lucenti uorticæ, res q;  
 Ignorans tantas, cupiens q; addiscere clarum  
 Protea Vatem adiit rauco cum murmure uoluens  
 Veloces latices, quem inuenit grandia Cæte,  
 Pascentem Nerei & Phocæe, (nanque omnia Vates  
 Euentura uidet, prudens causa q; latentes  
 Explicat) atque illum compellat uocibus ultro.  
 Dic age ? cur nostram peregrina ex gente frequentant  
 Urbem tot proceres ? illorum & nomina uerax ?  
 Nam tibi pro tali lætos de more quotannis  
 Munere constituam ludos, hilares q; choreas.  
 Dixerat, at Vates afflatus numine sacro,  
 Conuoluens aciem glaucam sic incipit, alti  
 Concilii o' Athesi exoptas res noscere felix ?  
 Quo supra' Eridanum rapidum, & Tyberina fluenta,  
 Euphratem, Nilum q; supra' tua cornua tolles ?

Conuenere

Conuenere Pii Patres ad celsa Tridenti  
 Mœnia, ut inuisa pestis, morbiq; maligni  
 Radices uellant, totam qui perdere gentem  
 Sperabat Sæua rabiem præbente Megæra,  
 Quæ coniuncta suis sociis, & Rege profundi  
 Claudetur baratro crudeli compede uincta,  
 Atroci pœnasq; dabit lacerata flagello.  
 Sic uisum Dijs, sic Fatum immutabile fixit.  
 Utq; fidem adhibeas nostris purissime uerbis,  
 Tu potes Heroas cognoscere Regibus ortos  
 Ex Atanis, notosq; suis uirtutibus æquos  
 Ostendere animos humiles, nulliq; labori  
 Parcere, nobilibus libris expromere lucem  
 Audent qui ueram, radiosq; ostendere solis  
 In tenebris positos, nigra & caligine pressis.  
 Hos tibi nunc promam, memori tu mente teneto.

27. Hercules  
 Gonzaga  
 et. S. Ma-  
 rie nouæ  
 Mantuan.  
 28. Hierony.  
 Seripadus  
 et. S. Susã.  
 29. Stanislaus  
 Hofius et.  
 S. Lauren.  
 in palisp.  
 Varmien.  
 30. Ludouicus  
 Simonetta  
 et. S. Ciria.  
 in Ter.  
 31. Marcus  
 Sitticus  
 Basiliæ  
 xij. Apost.  
 de Alta  
 emps.

ILLUSTRISSIMI, ET REVERENDISS.  
 DD. Cardinales Legati, & Præfidentes.

**P** RINCEPS purpurea questus ueste Sacerdos  
 HERCVLIS Is nomen desert, ingentia facta  
 Cuius magnanimis superat fortissimus ausis,  
 Huic PIVS immensum commisit pondus Olympi  
 Alcidiæ inuictæ ceu quondam prouidus Atlas,  
 Qui fac crescentem in consumet strenuus Hydram,  
 Armatus lextam, & sincero pectus amore.  
 Proximus huic simili comptus SERIPANDIUS Heroas  
 Incedit mitra, insignis probitate, fideq;  
 Cui comes est HOSIUS nulli pietate secundus,  
 Ingenii uires qui monstrat dogmata patrum  
 Dum relegit, ualeat scabiem ut sedare furentem.  
 Nec te cessabunt extollere carmina nostra  
 Principibus SIMONETTA Viris nã sanctio legum  
 Te carum reddet; coeliq; in uertice sistet;  
 Ingenio nec te florentem SITTICE claro;  
 Nam te cognoscens pulchra uirtute decorum  
 Muriceis spoliis Patruus Sanctissimus ornat;  
 Hos omnes Mitra inclusos, Ostroq; superbo,

Concilio ut præsent sacromentis prouida summi Pontificis, misit pariter sanctus q; senatus.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.  
CARDINALES.

Carolus  
Obisus  
tt. S. Apol  
linaris  
Card. Lo  
therigius.  
i. Gt. Ludouic  
cus Ma  
drutius  
S. R. E.  
Diaconus  
Cardina  
lis Electus  
Tridenti  
nus.

**N**EC tu illos linquis GHISIAE spes maxima Gæti,  
CAROLE, Gallorum q; decus, quem uuida uirtus  
Felicem mitra gemmis, auro q; rigenti  
Ornabit, patru q; dabit clarissima facta  
Magnanimi, tibi & ingentes æquare Triumphos.  
Hos quoque tu sequeris nostri lux splendida Sæcli  
LVDOVICE? olim cui si perfecta promethei  
Limur formasset similem manus, ira Deorum  
Pandoræ nunquam tribuisset grande malis uas.  
Omnibus imbutum, quia te ornauere beatis  
Dotibus, ingenium q; tibi tribuere beatum,  
Hinc gentes possunt placidam sperare salutem,  
Cum te post stragem terris, post q; impia bella  
Miserunt Hominum miserantes uulnera læua  
Summi cœlicolæ; ut tali ducæ callidus Orcus  
Funereos enses absconderet, & tibi uictus  
Cederet æternam condenti hoc tempore pacem,  
Nam tu terribilem armatam uasto igne Chimæram  
Monstrum horrendum, ingens consumere quæ ore uoraci  
Sperat Danubium, Temesim q; Ararim q; bibentes  
Alter Bellerophon uinces, tunc cornua flectent  
Danubius, Rhodanus q; tibi sua munera dantes  
Carbaseas uestes, & uasto corpore pisces,  
Maiores q; undas placido tibi murmure uoluent.

ILLVSTRISSIMI ORATORES.

Sigismun  
dus a To  
no orator  
Cæsareus.

**I**llos sectantur PROCERES longo ordine Regum  
LEGATI compta gemmis, & torquibus aureis  
SISMVNDVS Tonnus, meruit prudentia cuius  
CAESARIS Augusti præclaro munere fungit.  
Hunc prope Gallorum ueniunt a Rege profecti

Consilia



Consilii pariter LANSACVS clarus & armis,  
 Prudentesq; Viri FABER, & Ferrerius, audax  
 Quos iuxta incedit Iuuenis pulcherrima proles  
 Alphonsi, ille Aualum nomen Garamantas, & Indos  
 Fert ultra patriæ consors, uirtutis & Hæres.  
 Flumina MARTINEUM fundens Tagus aurea misit,  
 Egregiis qui orbem complect uirtutibus, unde  
 Fama suum rapidis fert pennis nomen ad Astra.  
 Venit & HERBVRTUS decrans probitate polonæ,  
 Infidias fugiens qui Ditis fortibus armis  
 Induitur fidei uicæ, qua cerea uoci  
 Syrenum blandæ opposuit tutamina prudens.  
 Panoniæ latas, pinguesq; GEORGIUS oras  
 Linqvens, peruenit nec non doctusq; MORAVS.  
 Aeque horis hadriaci domina VRBS iam maxima misit  
 Dandalum, & illustrem Pontum, atque Albertus honestum  
 DVX Augustinum, purissima STROZZIVS Arni  
 Flumina deserit, Heluetios & LVSSIVS Hæros.  
 Te quoque Syluicola spectabunt BOBBA Napæ,  
 Capripedesq; Dei, & fatyrorum effrena Iuuentus,  
 Atque Tridentini saltus, collesq; uerentes,  
 Mulcentem Eumenidas cithara Dæm'q; superbum  
 Infer se comitem DVDITIVS optimus, hic nam  
 Dum res diuinas describit nobile culti  
 Ingenii monumentum linquet. COLOSARINVS  
 Huic comes it sapiens, & IOACHINIVS Abbas.

Ludonius de iaco.  
 Renaldus Ferrerius,  
 Guido Faber.  
 Oratores  
 Christianissimi  
 Galliarum  
 Regis.  
 Franciscus  
 Ferdinandus de  
 Anulo  
 Marchio  
 piscariæ  
 ora. Regis  
 Cath.  
 Ferdinandus  
 Martinus  
 Maçar  
 nius ora

Re: Portugallie.

Valentinus Herburtus polonus episcopus præmissiensis ora. Re: Polonie.

Georgius Draconicius Croattus ora. Cæsaris pro Regno Hungariæ Episcopus  
 quinque Ecc. esien.

Antonius de Muglitio morauus ora. Cæsa. Archiepiscopus Pragen.

Mattheus Dandalus eques. Nicholaus de Ponte eques Oratores DD. Venetorum.

Augustinus paungartner ora. Illustrissimi Ducis Bauriæ.

Ioannes Strozzius Floren. ora. Ecc. Ducis Floren.

Melchior lussi eques ora. septem cantonum Heluetiorum.

Marcus Antonius Bobba Episcopus Augustanus ora. Illustriss. Ducis Sabaudie.

Andreas Duditius bardelatus Episcopus Timen.

Colosarinus Hungarus or. præ. Ep. Cenadien. ora. pro prælati & clero Hungariæ.

Ioachinius Abbas monasterij loci heremitarum pro prælator. et Cleri Heluetiorum.

B.

Ioannes  
 Trivisa-  
 nus Ven.  
 patriar.  
 Venetiar.  
 Antonius  
 Hælius  
 Iustino-  
 Patriar-  
 cha Hye-  
 rosolimit.  
 Daniel  
 Barbarus  
 Venet:  
 Patriar.  
 Aquileg.  
 1530. Octob.  
 Ferdinã.  
 Annius  
 Neapoli.  
 Archiep.  
 Amalph.  
 1535. Petrus  
 Antonius  
 de Capua  
 Neapo.  
 Arc. Hi-  
 druntinus.

REVERENDISS. DD. PATRIARCHAE.

**I**llos insequitur TRIVISANUS, & Hælius, hunc re  
 Coniunctus Nymphis miraberis alta loquentem  
 Aetheri præcepta patris, synodum q; monentem  
 Ne curis uicta humanis parere recuset  
 Mandatis CHRISTI placidis, qui lucida olympi  
 Atria cœlicolum recte seruantibus offert;  
 Cui se addit focium diuinus BARBARVS, hic est,  
 Qui linguam latii informem, somno q; sepultam  
 Illustrat, uigilans præfco & candore reuefuit.

REVERENDISS. DD. ARCHIEP.

1530. Octob.  
 Ferdinã.  
 Annius  
 Neapoli.  
 Archiep.  
 Amalph.  
 1535. Petrus  
 Antonius  
 de Capua  
 Neapo.  
 Arc. Hi-  
 druntinus.

**Q**uis te nunc ANNI tacitum sinat integer? & te  
 ANTONI? qui atavos Reges uirtutibus ante's?  
 Te quoque CORNELI? præfco cognomine, & actis  
 Qui intrepidus, magnis q; refers? & te LECAVELLA?  
 Nec te nunc GVRERRE finam? pietate reponis  
 Qui præfco patres? & te ALTOVITA modeste?  
 Cui CAESAR fubit illustris, qui nobile pulchris  
 Artibus ingenium excoluit, diademate dignus  
 Romani Imperii ut proauus sanctissimus olim.  
 Quem sequitur BRVNVS, nec non Castaneus, omnes  
 Qui didicit nodos sanctarum soluere legum.  
 Quo tibi CALLINI, & Ludouici expromere laudes  
 Carmina

1536. Marcus  
 Cornelius  
 Venet. Arc. Spalatren.  
 1540. 8. Mar. Sebastianus Lecauella Græ. or. præ. Arc. Naxien.  
 1546. Octob. Petrus Guerrero Hisp. Arc. Granatensis.  
 1548. Apri. Antonius Altouita Florentinus.  
 1548. Iunij. Cesar Cibo Iamien. Fanrienen.  
 1551. 15. Iun. Io. Brunus de Olebinio Maced. Regni Seruie Primas Antibaren.  
 1553. 3. Mart. Io. Bapt. Castaneus Roma. Arc. Rosanen.  
 1555. Septem. Mutius Callinus Brix. Arc. Iachen.  
 1555. Iulij. Ludouicus Beccatellus Bononien. Ar. Ragusinus.

Carmine nunc ualeat celesti mente latebris  
 In lucem immeritis qui produxere poesim  
 In lucem, pariter musis, & Apolline amati.  
 Quin & BANDINVS redimitus tempora oliua  
 Virginea, sacro qui status numine monstrat  
 Ingenii uires & scripto, & uoce, Senata  
 Mirante ad coelum qui dignis laudibus effert.  
 Quid Marcum memorem? cui Gens Romana Columnæ  
 Nititur, antiquum patriæ qui reddit honorem;  
 Hoc duce magna iterum spectabis Roma triumphos?  
 Et Tybris ueterum Heroum memor ad mare lymphas  
 Maiores uolues redimitus Cornua laurus?  
 Post illum, SARACENIUS integer, atque benignus  
 IULIUS, & doctus Bracharenfis, magnanimus q;  
 SELVAGVS, Caucus q; pius, Gaspar q; modestus.  
 Te quoque Ceruicæ cognoscent Maxime Nymphæ  
 Diuinos inter Proceres medicamina dentem?  
 Curabis quibus anguine fera uulnera morfus.  
 Intrepidus mox & CORNANTES, huic q; Philippus  
 Iunctus, MARINVS q; etiam, quem Hispania uidit  
 Flectentem Regam mentem, cum iussa beati  
 PONTIFICIS tulit, & præconi nomine uere  
 Qui fruitur, quoniam per pulpita hinc Cothurno,  
 seu focco profert ritus, leges q; Decorum;  
 Sic aptant uocem Charites, dulcem, leporem,  
 Mellifluos q; modos, & flexan mam sua delam,  
 Infranam ut ualeat gentem sedare relicis  
 Ut prisca uiliis cupiat seruare piorum  
 Scita patrum, leges q; bonas, ritus q; uerendos.

1590. 19. Iunij.  
 Germani  
 cus Ban-  
 dinus Sex-  
 nensis Ar-  
 chie. Sena-  
 rum.  
 1560. 19. Iunij.  
 Marcus  
 Antonius  
 Columnæ  
 Romanæ  
 Arc. Tar-  
 rentinus.  
 1556. Maij. Si-  
 gisfridus  
 Sarace-  
 nus Nees-  
 pol. Arc.  
 Materas-  
 nus.  
 1558. 21. Iul.  
 Iulius Pa-  
 uesius Bri-  
 xien. Ar-  
 chie. Suren-  
 tinus  
 orpre.  
 1559. 27. Ian.  
 Bartolo-  
 meus de  
 martyria

huic Lusita. or. præ. Arc. Bracharenfis.

1559. 17. Ap. Augustinus Seluagus Iannæ. or. præ. Arc. Iannæ.  
 1560. 29. Mar. Antonius Caucus Venet. Ar. Corcyriensis.  
 1561. 17. Iulij. Gaspar de fossa Cosentin. or. S. Franc. de Paula Arc. Reginus.  
 1561. 19. Nouem. Gaspar Cornantes de Gaetta Hisp. Arc. Messanen.  
 1560. Mart. Philip. Mocenic. Venet. Ar. Nicosien. Regni Cypri primas, et legat. Natæ.  
 1562. Iann. Leonardus Marinus Genuen. or. præ. Arc. Lancianen.  
 1562. 14. Mart. Octavianus Præconius or. minor. S. Franc. Ar. Panormitanus.

B iā

1517. Nouemb.

Fránciscus  
de Flisco  
Iannuen.  
Episcopi  
Andrien.

1514. Vincētius  
Nichosan  
tius de Fa  
no Ep. Ar  
bensis.

1519. Ioannes  
Thomas  
de S. Felis  
cio Nea  
po. Episc.  
Cauensis.

1523. Quintius  
de Rusti  
cis Rom.  
Milleten.

1524. 8. Iulij.  
Lucas Bi  
zátius de  
Catharo.  
Catharē.

REVERENDISS. DD. EPISCOPI.

**N**obilis huic FLIscus iuxta, & Nichosantius, & post  
Impavidus Thomas, & Quintius inclyta alumno  
Rustica quo gaudet gens. mox BIZANTIVS. & tu  
Maxime ALEXANder columen<sup>q;</sup>, & gloria gentis  
PICCOLHOMINE<sup>x;</sup>, & Dionysi afferre salutem  
Huic morbo audetis? nec cessat prouidus illis.  
Artibus ornatus MYRTVS, quæ tradere possunt  
Et mores, uitam<sup>q;</sup> docent seruare beatam.  
Principibus<sup>q;</sup> Viris sapiens BONGALLVS amicus.  
Nec tu carminibus nostris & maxime facti  
Præsidium, TVRRIANE decus<sup>q;</sup> indictus abibis?  
Insignes animi dotes ceu lumina solis  
Splendent, & totum fulgentia facta per orbem  
Iam uulgata tibi spondent cœlestia Regna?  
Post hos assuetus Musarum PETRÀ Choreis,  
Conspicuos Iuuenis Parnasi e' fonte liquores  
Dum bibit, & placidus LEONARDVS, Martius illis  
It comes, & COMENDONVS, sapiens<sup>q;</sup> Vaninus,  
AEGIDIVS<sup>q;</sup>, & BELLIfarius, atque Casellus.  
Felsineos colles, & celsa flumina Rheni  
Lethiferam ut pestem nunc tollat S ALA relinquit:  
S ALA Deis carus superis, iustissima legum  
Dogmata qui profert laqueos rumpentia Ditis,  
Huus diuinum ingenium FARNESIVS Heros  
Agnosces

1528. 6. Septe. Alexander Piccolhomineus Senen. Pientinus.

1529. Febr. Dionysius Cræcus or. minor. S. Franc. Milopotamen.

1537. Iul. Fabius myrtus Neapo. Caiacensis.

1538. Nouem. Scipio bongallus Ro. ciuitatis Castellane.

1546. 7. Febr. Michael a Turre Vtienn. Cenetenensis.

1540. Ianu. Mauritius de Petra Papiensis. Vigliensis.

1540. 5. Decem. Leonardus Haller Germa. Philadelphiensis.

1540. Febr. Martinus de Medicis Marsicensis. Ioanes Comendonus Vene. Iacintren.

1541. 19. Ian. Ludonicus Vaninus de Theodolis Forliuensis. Britonorienensis Episcopus.

1541. 11. Mar. Aegidius Falchetta cingulanus Ep. Caprulanus.

1555. 1. Ianu. Bellifarius Baldouinus Alessanensis Episcopus Lerinensis.

1542. Thomas Casellus Rossanensis or. præ. Episcopus Cauensis secundus.

1554. 16. Nouem. Iacobus Maria Sala Bononien. Episcopus Viuariensis.

Agnoscens latas olim commisit habenas  
 Romani Imperii, qui strenuus omnia recte  
 Instituens tribuit populis Saturnia Regna.  
 Et Tyburtnis properavit Crucius oris.  
 Dein ALOYSIVS, VERDV ra'q;, Capranicus'q;,  
 HIPPOLYTVS'q;, bonus'q; Sirigijs, & Macabæus.  
 Ardet & his FASITEL lus opem præstare, suis quem  
 Fontibus, & lacis pulcher præfecit Apollo;  
 Assurgunt Vati Muxæ, dum pectine eburneo  
 Saxa mouet, Tigres'q; feras, & robora mulcet,  
 Qualem threiciæ senferunt Orpheasyluæ,  
 spectarunt superi, & Manes stupiere profundi  
 Euridicem querula cum mœstus uoce uocaret;  
 Talis & hic longe' sed fortunatior illo  
 Aurata fretus Cithara, fidibus'q; canoris  
 Infernos saltus, & Regna silentiã adibit;  
 At precibus, uictæ Eumenides, & carmine dulci  
 Cessabunt Hominum misera gaude e ruina,  
 Et tandem tradent Vmbras abducere tristes;  
 Ille ibit piceis spoliis Phlegetontis onustus,  
 Et ducet felix supera in regione thumpos.  
 Mox NACLA VTVS, & Iustis Cornelius illi  
 Catus Atlantiades tribuit sua dona, periclem  
 Facundum, hinc superat prudens & Nestora clarum.  
 STELLA'q;, Durantes'q; pius; Ioannes'q; modestus,  
 Et Petrus, Grossus'q;, & sana mente Philippus.  
 Non ego transferim te Mignanelles tui nam

1553. *Offobris.*  
 Ioannes  
 Andrea'  
 de Tybur  
 re. Ep. Ty  
 burtnus.  
 1527. 11. *Novẽ.*  
 Aloysius  
 Pisanus  
 Vene. Ep.  
 Patavin.  
 1549. 7. *Iunij.*  
 Io. Franc.  
 Verdura  
 Messanẽ.  
 Ep. Chiro.  
 1549. 10. *Apri.*  
 Bartholo  
 de Capra  
 nica Ro:  
 Ep. Cari  
 nensis.  
 1542. 21. *Dec:*  
 Hippoly.  
 Arriuabẽ.  
 Mant. Ep.  
 Hierapet.

1543. 17. *Mart.* Bartholomeus Sirigijs Creten. Ep. Castellatanensis.

1543. 6. *Iulij.* Hieronymus Macabæus Ro Ep. Castrensis.

1551. *Ianu.* Honoratus Fastellus Neapo. Ep. Insulanus.

1544. *Ianu.* Iacobus Naclantus Flore. or. præ. Ep. Clodiensis.

1538. *Novem.* Georgius Cornelius Vene. Ep. Tarvisinus.

1545. *Maj.* Thomas Stella Venet. or. præ. Ep. Iustinopolitanus.

1539. 14. *Iulij.* Vincentius Durantes Erixienfis. Ep. Termularum.

1546. 24. *Iun.* Ioan. Xarez Lusitanus or. S. Augustini Ep. Coimbricen.

Petrus Augustinus Hispanus Ep. Oscensis & Iascensis.

1545. 3. *Novem.* Io. Baptista de Grossis Mant. Ep. Regienfis.

1546. *Novem.* Philippus Riccabella Recana. Ep. Recanatenfis.

1553. 2. *Offo.* Iacobus Mignanelus Senen. Ep. Grossettanus.

1553. 17. *Maij.* Te sancti mores Iuuenem super Aethera ducent?  
*Petrus de Aduersis, æquam qui & faustis rebus habere*  
*Petris de Lætaris mentem: tibi si fortuna minacem*  
*Môte Are Ostendit uultum rides: Si prospera blanda*  
*tu. Ep. Lut Fronte tibi arridet, moderamiæ læta gubernas.*  
*cerin. Felix qui rebus nescis gestire secundis?*  
 1554. *Decem. Iu Quid Petrum memorem iustum: fidumque Cananum?*  
*lius Canã. IULIVS, his subit intrepidus q; Cicadius, ambo*  
*Ferrariẽ. Nobilitate pares, animis & fortibus ambo,*  
*Ep. Adriẽ. Hi Ditis sol, um euerterent, ipsum q; Cathenis*  
 1549. *8. Ianu. Iu Astringent grauibus, neque uiuida deferret illos*  
*lius Paris Virtus, magnanimus q; animus, nec pectora firma:*  
*stã. de To GALLETVS se his, & Siluerius, & Capharellus,*  
*lõtino Ep. FRANCISCVS, quem nuda fides, atque integra uirtus*  
*Ariminẽ. Aequalem reddunt Diuis, & ROSCIVS, arces*  
 1554. *Apr. Ca= Coelestes pietate sna qui attingere sperat.*  
*rolus Cica Nec deest AEGIDIVS, cui pallas contulit artes*  
*da Cem. Docta suas, quibus ille miscantia sydera tangit*  
*Ep. Albin Exuperans alios, nec tantum Nestore magno*  
*ganen. Ipsa Pilos, parua aut Italice se iactat Vlyse,*  
*Iulius Vixerit ille licet dum Titan sæcula terna*  
*Gallettus Quadriugo inuectus curru lustrauerit orbem,*  
*Ep. Alef; Ille Vrbes, mores q; Hominum cognouerit audax*  
*sanus Qua maris extremis tellus circundatur undis,*  
 1553. *August. Ia Quantum FELSINEA Vibs isto se iactat Alumno.*  
*cobus Sil= GVIDIVS huc iuxta est, & amator feruidus æqui*  
*uerius Pic BALDOVINVS, & hos Lactantius inclytus, atque*  
*colhomin THIMOTHEVS uitreæ fidei defensor, & almam*  
*de Ce'an. Iustitiam CAMOIANUS amans, Monticula & Heros*  
*Ep. Apru. Sectantur,*

1555. 15. *Iulij. Faustus Capharellus Roma. Ep. Fundanus.*  
 1554. 20. *Apr. Franciscus Maria Piccolhomineus Senen. Ep. Ilicen.*  
 1554. 8. *Octob. Caleatius Roscius de Interanna Ep. Assisien.*  
 1550. *Maij. Aegidius Fuscararius Bononien. or. præ. Ep. Mutinen.*  
 1561. 2. *Iunij. Iacobus Guidius Florentin. Ep. Pennen. & Atrien.*  
 1550. *Baldouinus de Baldouinis Pisanus Ep. Auerjanus.*  
 1550. 26. *Sept. Lactantius Rouerella Ferrarien. Ep. Asculan.*  
 1550. 25. *Iunij. Thimotheus Iustinianus de Chio or. præ. Ep. Calamonen.*  
 1551. 11. *Febru. Petrus Camoianus Aret. Ep. Fesularum.*

Sectantur, GRECVS q; bonus, Cuppus q; benignus,  
 IVLIVS & prudens, Brances q; , & Pallauicinus,  
 Hic etenim claros referens ab origine partus,  
 Vt titulos patrios, & grandia stemata reddat  
 Maiorem, animum teneris exercuit annis  
 Nobilibus studiis operam dans, ebibit artes,  
 Queis didicit mores, & uitam ducere rectam.  
 Hos prope DONATVS, mox Saurognanus, & audens  
 Hanc Hydram factibus Synceri perdere amoris  
 MINTVRNVS uiridi præcintus tempora Myrto.  
 Necnon & uitreas linquens ALPHONSVS undas  
 Eridani, atque ANTONIVS, Antolines q; benignus,  
 BERNARDVS q; pius, Boillanus q; , & Petrus, & tu  
 CAMPEGI hos sequeris: somnum qui expellere genti  
 Correptæ tentas uigilans, ut cernere possint  
 Aetheream sedem, & stellantia claustra Tonantis.  
 Quo me quo GVERRINE rapis: qui dotibus alti  
 Ingenii Synodum, decoras cœtus q; uerendos  
 Sanctorum patrum, ut nitidissima gemma smaragdus  
 Fuluum aurum, o' Athesi ardent medicamina morbo  
 Hic feret innitens diuini Numinis auræ;  
 Quare tu, Nymphæ q; leues e' flexibus illi  
 Luteolis, glaucis q; simul, uiolis q; , resis q;  
 Texite nunc ferra immensum testantia amorem,  
 Et uestris illi iam crescat piscis in undis.  
 Relligione potens tum BONCOMPAGNUS omîsis

1551. 18. Iann.  
 Ambro.  
 Mont. Lu  
 nen. Sarc  
 zane. Ep.  
 Segnius.  
 1551. 18. Febr.  
 Horatius  
 Græcus  
 Troiané.  
 Appulus  
 Ep. Lexi.  
 1551. 23. Iulij.  
 Bernardi  
 de Cupp.  
 Rom. Ep.  
 Auximâ.  
 1552. Apri. Iac  
 lius Genti  
 lis torton.  
 Ep. Vultu  
 rarién.  
 1549. Maij.  
 Achilles  
 brâc. nea.  
 Ep. Boné.

1550. 30. Maij. Petrus Franciscus Pallauicin. Ianuen. Ep. Alerien.  
 1557. 22. Iunij. Donatus de Laurentijs de Asculo Appulie Ep. Minoren.  
 1557. 9. August. Hieronymus Saurognanus Forouiliensis Ep. Sibinicen.  
 1559. Iam. Antonius Sebastianus Minturnus de Traiecto Ep. N. xentin.  
 1548. 23. Octo. Alphonius Rossett. Ferrarien. Ep. Comaclen.  
 1548. 5. Martij. Antonius de Comitibus Ianuen. or. præ. Ep. Bruognaten.  
 1550. 25. Martij. Ioannes antolines Hisp. Ep. Palfen.  
 1548. 15. Aprilis. Ioannes Baptista de Bernardis Lucen. Ep. Adiacen.  
 1549. April. Dominicus Boillanus Venet. Ep. Brixien.  
 1556. Iunij. Petrus Barbarigus Venet. Ep. Corzuten.  
 1559. 2. August. Philipp. Maria Campegius Bononien. Ep. Feltren.  
 1558. 24. Octo. Franciscus Guerrinus de ciuitate Castelli Ep. Imolea.  
 1558. 20. Iunij. Hugo Boncompagnus Bon. Ep. Vestanus.

Lomellinus Mesitanensis Ep. Guardie.  
 1554. 5. Decē. Agapitus be. homius Rom. Ep. Casertanus.  
 1554. 10. Nou. Marianus Sabellus Rom. Ep. Eugubie.  
 1555. 1. Iunij. Scipio Aestensis Ferrarie. Ep. Casertensis.  
 1554. 19. Nou. Gabriel de Monte S. Sabini Ep. Hesinus.  
 1555. Iulij. Urbanus de Ruere Ianuensis Ep. Senogaliensis.  
 1555. 15. Iulij. Bellisarius Puldoninus Neapo. Ep. Larinensis.  
 1546. Martij. Pompeius Zambeccarus Bononiensis Ep. Sulmonensis.  
 1545. Martij. Ioannes Peroardus Panormitanus Ep. S. Agathæ.  
 1545. August. Antonius Scarampus Aquensis Ep. Nolanus.  
 1546. 26. Maj. Ioannes Iacobus Barbius Neapolitanus Ep. Interanensis.  
 1550. 18. Martij. Ascanius Cherardinus de Amelia Ep. Cattacensis.  
 1557. 26. Decem. Ioannes Carolus Bonius Bononiensis Ep. Ostunensis.  
 1555. 24. Octobris. Ioannes Baptista Osius Roma. Ep. Reatinus.  
 1557. Iulij. Petrus Contareus Vene. Ep. Paphensis.  
 1555. 8. Febr. Vincentius Luchius Bononiensis Ep. Anconitanus.  
 1556. 12. Iunij. Pompeius Piccolhomineus de Aragonia Ep. Tropienfis.  
 1557. 21. Iunij. Iacobus Lomellinus Mesitanensis Ep. Mazariensis.  
 1557. 15. Decemb. Angeus Massarellus Septempad. Ep. Theesinus.

Omnibus, nuigilant & LOMELLINVS, ut atri  
 Soluere nunc ualeant laqueata Aenigmata Sphingis.  
 Nec flaua AGAPITUM, nec Tybridis unda Sabellum,  
 Nec pater AESTENSEM Eridanus, nec Tuscia tardat  
 Te GABRIEL? nec tu facundæ VRBANE uirenti  
 Compe olea crines pacem, ritus q; uerendos  
 Magnanimo HIPPOLYTO iunctus, qui tradere Galles  
 Tentast, hos linquis? nec BELLISARIE prudens?  
 Quos iuxta POMPEIUS, qui aurea flumina uidit  
 Iple Tagi leges sacras, ritus q; uerendos  
 Edocuit fungens pastoris munere magni,  
 Eloqu. o' q; tonans BEROALDIUS, atque SCARAMPUS,  
 Sebethum q; illustrans BARBIUS, ASCANIUS q;  
 AMELIAM, ius qui iam dixit fortibus Umbris.  
 Tu quoque diuinis proceres comitaris auentes  
 Has tetras nebulas erroris pellere sancto  
 Afflatu o' BOVI? nec te sapientia, nece te  
 Dest tuet pietas, nec sanctæ spiritus auræ.  
 Mox OSIVS, castus q; Petrus, tum Luchius, & post  
 POMPEIUS proavis e' Regibus æditus, illos  
 Aequiperans studij operam dum impertit honestis.  
 Dein LOMELLINVS uerbis, & rebus amicos  
 Qui uiuat, egregius cum MASSARELLVS adhæret.  
 Quatuor hinc Iuuenes factis ingentibus orbem

Replentes,



Replentes pietate pares, & uiribus æquis,  
 Tiphonem diram fundentem seu uenena  
 Religionē titanis armati in Tartara trudent,  
**CAROLVS** est nomen primo, cognomine gaudet  
 Alter **SFONDRA TI**, Cornelii tertius Heros,  
 Quartus **ALEXANDER** cognomine Sfortia dictus.  
 Quin & **SUPERCHIVS**, & Bonellius, ardua legum  
 Cui uirtus tradet Lutheri soluere nodos.  
 Nec tu tam sanctum **BELLONI** opus inclyte: nec tu  
 Deferis **AMANI**: musarum templa sacerdos  
 Qui regis: & cantu qui ferrea pectora mulces?  
 Nec procul his **CONCINIUS**, Hippolytus q; modestus,  
 Imperio cuius uoluit Titinus a quarum  
 Vinas perspicuus dum impinguat pascua lata,  
 Nobilis & **MARCVS** q; Duimius, optime nec tu  
**DORIA**: nec cætus tu **FERRERA** ne relinquis?  
**MELCHIOR**, una, & Malignatus pallade amati,  
 Queis semper comes est, id paruo flumine Rheus  
 Agnouit populis æque cum iura dederunt.  
 Cur te **FERRERI**: & te Fachinette referre  
 Non propero uersu: & **MILANE** si: atque Bacodi?  
 Et Te Valteri: quos simplex Gratia in Vinis  
 Excepit replens animos castissima honestis

1561. Decemb.  
 Carolus &  
 Vicecomi  
 tibus Me-  
 diolanen.  
 Ep. Vinti-  
 milien.  
 1560. 13. Martij.  
 Nicholaus  
 Sfondra-  
 tus Medio  
 lanen. Ep.  
 Cremonē.  
 1560. 13. April.  
 Federicus  
 Cornelius  
 Vene. Ep.  
 Bergomē.  
 1560. Iunij. Alex.  
 Sfortia de  
 Sancta flo  
 ra Ep. Par  
 men.

1560. 14. Febr. Iulius Superchius Mant. or. Carmeli. Ep. Accien.  
 1560. 7. Febr. Constantinus Bonellus Feretranen. Ep. ciuitatis Castelli.  
 1560. 27. Mart. Ioannes Andreas Bellonius Messanen. Ep. Massælubren.  
 1560. 5. Apri. Ioannes Paulus Amanius de Crema Ep. Anglonen. & Turisien.  
 1560. 14. Febr. Mattheus de Concinis Florentinus Ep. Corthouen:  
 1560. 4. Nouem. Hippolytus de Rubeis Parmen. Ep. Papien.  
 1550. April. Marcus Gonzaga Mantuan. Ep. Auxeren.  
 1549. 26. Iulij. Albertus Duimius Cataren. ord. præ. Ep. Veglen.  
 1549. 28. Febr. Maximilianus Doria Cenuen. Ep. Nauen.  
 1549. 29. Apri. Ennius Massarius Narnien. Ep. Feretranus:  
 1553. 6. Martij. Hieronymus Melchior Recanaten. Ep. Maceraten.  
 1562. 27. Maij. Augustinus Malignatus Ep. Truicanen.  
 1562. Martij. Guido Ferrerius Pedemontanus Ep. Vercelen.  
 1560. 6. Iann. Ioannes Antonius Fachinettus Bononien. Ep. Nicastren.  
 1562. 26. Maij. Ioannes Baptista Milanesius Floren. Ep. Marsicanus.  
 1551. 27. Iann. Sebastianus Valerius Vrbenetanus Ep. Viterbien.

1552. 2. Septē. Federicus Landria. Mediolanen. Ep. Sancti Marci. Moribus, adiecit q; modos, Homines quibus omnes Allicitis uitam impellentes ducere rectam. LANDRIANVS sequitur, nec Contarine morans! Nec te Horti NIGER. ligurum aurea poma ferentes Felices citrios, Veneris pulcherrima dona. Nec te SALVI agri firmani, Roma nec ingens Saluatam tenet, & nec te SIMONETTA pisaurum? Hos prope SVTRINAS habitat qui prouidus arces Saturno dictas, nam his regnis condidit ægrum Sors, Nati imperium, fugientem & bella potentis. Et Venusini ciues iam misere MARANTAM. Tu q; etiam BENCI properasti? tu q; PRIVLE? Cur uos felices Iuuenes duo lumina lingue Antiquæ latii cesso hæc memorare Camœna? Tu Iouii patrum nunc PAVLE exempla secutus Clarorum Heroum commendas inlyta facta Aeternis scriptis? tu RAGAZZONE beato Eloquio æquiperans Ciceronem? ut fulmina uoce Verba tonas, mentes q; Homium tibi subicis omnes. Quid tibi REBBIBAM, & Mozanicum, & Saracenum, Necnon MAGNANVM cesso memorare peritos Sanctarum legum? quas condidit Aethere ab alto Descendens Regum Rex, LAVREVS, it' q; Georgius Iuxta illos, sapiens & ABONDIVS, atque Retinger.

Quis

1561. 8. August. Antonius Maria Saluiatus Rom. Ep. S. Papuli.  
 1561. 9. Maij. Iulius Simonetta Mediolan. Ep. Pisaurum.  
 1560. 27. Mart. Hieronymus Galleratus Mediolanen. Ep. Sutrinus.  
 1561. 30. Ianu. Lucius Maranta Venusinus Ep. Lauellen.  
 1562. 9. Ianu. Spinellus Bencius Politia. Ep. Montis politiani.  
 1561. 5. Sept. Matthæus Priullus Venet. Ep. Emonien.  
 1560. 29. Nouem. Paulus Ionius noui Comen. Ep. Nucernus.  
 1561. 15. Ianu. Hieronymus Ragazzonus Vene. Ep. Famagustanus.  
 1560. 4. Sept. Prosper Rebbiba Messanen. Ep. Troianen.  
 1560. 19. Iunij. Andreas Mozanicus Vene. Ep. Nimosien.  
 1560. 29. Nouem. Annibal Saracenus Neapolit. Ep. Licien.  
 1560. 16. Iulij. Iulius Magnanus Placent. or. minor. S. Fran. Ep. Caluen.  
 1555. Decem. Marcus laureus Tropiez. or. præ. Ep. Campanien.  
 1560. 3. Apri. Georgius Sinouch Dalmatus or. con. S. Fran. Segnien.  
 1562. 4. Ianu. Franciscus Abondius Castillonent Ep. Bobien.

Quin & se socios SIGHICELLI VS, his q; Philippus,  
 Grimaldus q; etiam, & Thomas, & Carolus addent,  
 Felices opere in tanto qui maximam habebunt  
 Partem, huius tetri rumpentes cornua M. onstri.  
 Nec comites Galluppe pios; nec Romule linguas;  
 Nec tu CAESAR eos; nec tu Coduelle modeste;  
 Dum doctum hortaris STANIS laum, & Nichifolam.  
 His subit Arimini linguens bona VANTI VS arua.  
 Vna æquus FAVNVS, Ciurelia q;, & Seuerinus,  
 Nec tu VINCENTI; nec FERRA tine moratis;  
 Atque ALEOTVS adest, & Panthusa, & Triuisanus,  
 Queis frons læta parum demonstrat funera acerba.  
 Nec uos, quos misit latis Hispania terris  
 Pretereo; placidos fluctus quibus æquoris ipse  
 Oceanus tribuit borea, cauro q; fugatis.  
 Heroas claros candenti in gurgite blandæ  
 Nereides, Phorcus q; simul, uiridis q; palæmon.  
 Mirantes, memori & uolentes mente putarunt  
 Hos proceres iterum Colchis auertere pellem  
 Auratam properare, citis uada salsa carinis  
 Verrentes, illis similes nam maxima uirtus  
 Effecit, Proauum titulus, & Remate longo

1556. 16. Maij.  
 Hercules  
 Retinger  
 German.  
 Ep. Laurentin.  
 1562. 18. Mart.  
 Sighicellus  
 Ep.  
 Fauentin.  
 1550. 26. Ianu.  
 Philippus  
 Gerius Pi  
 storien.  
 Ep. Isclanen.  
 1562. 9. Julij. Ce  
 rolus Cri  
 maldus La  
 uen. Ep.  
 Sagonen.  
 1561. Octo. Tho  
 mas Li-

lius Bononien. Ep. Soranus.

1555. 18. Decemb. Carolus de Grassis Bononien. Ep. Montisphalisci.  
 1561. 16. Martij. Theophilus Callippus Tiopien. Ep. Opiden.  
 1561. 15. Ianu. Romulus de Valentibus de Trebia Ep. Conuersanæ.  
 1548. 7. Maij. Cæsar Foggia Calaber Ep. Umbriaticen.  
 1555. Iunij. Thomas Coduellus Anglus Ep. Assaphen.  
 1562. 9. Ianu. Stanislaus Faleschi Polonus Ep. Theodosien.  
 1557. 11. Ianu. Hieronymus Nichifola Vero. or. præ. Theauen.  
 1558. Martij. Petrus Faunus Costacciarus Ep. Aguen.  
 1558. 4. Febr. Antonius Ciurelia Barren. Ep. Buduen.  
 1560. 26. Ianu. Ioannes Fabritius Seuerinus Neap. Ep. Actres.  
 Ioannes Vincentius Michelius Venet. Ep. Minerbinen.  
 Bartolomæus Terratinus Romanus Ep. Ameliæ.  
 1560. 15. Iul. Simon Aleottus Ep. Forlinij.  
 1545. Martij. Ioannes Antonius Panthusa Consentin. Ep. Literanen.  
 1561. 15. Ianu. Hieronymus Triuisanus Vene. or. præ. Veronen.

- 1560. 26. Iulij.** **Petrus** **Gonzales de Mens dozz. Ep. Salaman.** **GONZALEN** notum, cui lato numine pallas Nascenti arrisit, dedit & cognoscere rerum, Causas, & fari placide, mores q; uerendos. Huic iuxta **MENDOZZA**, & **Cassadonis**, amans q; Virtutes **PETRVS**, **GALLEGO** q;, **Velasius** q;. Post hos **AVGVSTINUS**, qui formam, atque colorem, Priscorum scriptis antiquum & reddidit honorem.
- 1560. 16. Iulij.** **Martinus de Cord. Mendoz. Hisp. or. præd. Ep. Dertusen.** Quid tibi Sarmentum, & Moiam, Blancum q; repono? Doctrina, & pietate pares, qui frangere dorsum Immitis colubri poterunt, **ANTONIVS** illis Est focus, nec non **FRANCISCVS** perdere uitam. Et tali **CVESTA**, atque Lupus sunt mente parati, Ut petrae firmæ seruent fundamina sacra. Quatuor hinc fauas extinguere **DIDACI** auentes Eumenidas, portas q; patentes claudere Auerni; Ne miseræ gentis spoliis lætentur opimis Amplius, his subeunt **IOANNES**, & **Coronierus**. Nec procul est **DIGVER**, doctus q; Peregius, in quo Quos pietas, & sancta fides, & conscia recti Mens homini fructus tribuant spectare ualebis? **MELCHIOR** est comes, & **Sebastianus** ambo
- 1560. Iunij.** **Culielm. Cassador. Hisp. Ep. Barchin.**
- 1560. 4. Sept. Petrus Dexa q; or. præ. Ep. Nioquen.**
- 1555. 4. Apri.** **Arias Gallego Hisp. Ep. Ceruiden.**
- 1556. 5. Maij.** **Hieronymus Velasius Ep. Oueten.**
- 1557. 15. Decem.** **Antonius Augustinus Hisp. Ep. Ilerden.**
- 1555. 5. Iunij.** **Didacus Sarmento Hisp. Ep. Astoricen.**
- 1554. 7. Iulij.** **Ascisculus Moia de Contrera Hisp. Ep. Vicen.**
- 1556. 12. Iunij.** **Franciscus Blancus Hisp. Ep. Aurien.**
- 1551. 14. Decem.** **Antonius de S. Michaelle Hisp. or. S. Franc. de obse. Ep. Montis marasi.**
- 1557. 10. Decem.** **Franciscus de Aguire Hisp. Ep. Cotronen.**
- 1557. 10. Decem.** **Andreas Cuesta Ep. Legionen.**
- 1558. 12. Iulij.** **Lupus Martiner Hisp. Ep. Elnen.**
- 1560. 26. Ian.** **Didacus Conaruias de Lyba Ep. Ciuitaten.**
- 1561. 3. Iunij.** **Didacus Ramirez Hisp. Ep. Pampilonien.**
- 1560. 2. Octob.** **Didacus de Leon or. Carme. Ep. Couembrè. Dida. Henric. Ep. Cauri.**
- 1556. 12. Iunij.** **Ioannes de Muuantones Hisp. or. S. Augustini Ep. Segobricen.**
- 1557. 10. Dec.** **Antonius Coronierus Hisp. Ep. Almerien.**
- 1550. 14. Iunij.** **Diguer de Salamanch. Hisp. Ep. Coriacen.**
- 1558. 16. Maij.** **Martineus Peregrinus de Aiala Ep. Segobien.**
- 1557. 4. Sept.** **Melchior Abozme dianus Ep. Caudixicrisis.**

Spernentes pestem ut tollant quæcunque pericla.

Mox & GIBERTUS, Quignones q;, & Cadus omnes

Callentes legem sacram, & præcepta Deorum.

Quin & diuitiis, & forti gente superba

Gallia, tot quæ Vrbes felix, tot q; oppida uasto

Ambitu, & excelso tot montes uertice claudit.

Hinc illi merito mater Berecinthia tures,

Et currius biugos, & cedere posset honorem.

Hos misit Proceres, sanctæ quos SPIRITVS auræ

Inspirat ualeant ut nubila tetra fugare.

PINEVM, & intrepidum Bellaium pectore amoris

Absumt, comites illi TRISTANDVS, & æquus

CAROLVS, Aegidius q;, addunt se maxima sanctæ

Fundamenta petra, quæ Aquilonis spernere flatus

Terribiles potuere, nec aspera bella, minas q;

Tartarei horribiles formidauere Tyranni.

Nec te etiam Stephane, aut densæ Nicholæ Phalanges,

Armorum strepitus q;, aut LVDVICE truces te

Tortorum uultus potuere auertere ab ista

Tam præclara opera, & missis ast omnibus uni

CHRISTO fidentes pulchram accessistis ad Urbem;

Quid recolo ANTONII uires; fortem q; Philippi

Has contra Harpias animum; foedare uolentes

Contactu immundo, quæ uelox marmure rauco

Pascua Aræ foecunda secat, Rhenus q; bicornis.

Quas illis alas tandem præbente Tonante

Vi Zetis, Calais q; olim trans nigra fugabunt

Regna Iouis Stygii, tenebroso & carcere cludent.

1549. 8. Ianua.

Bartolo-

mæus Se-

bastianus

Ep. Pictæ.

1561. 8. Augusti.

Iacobus

Gibertus

de Deho-

guer. Ep.

Aliphanz.

1559. 2. Augusti.

Ioânes de

Quignon.

Ep. Calæ-

guriæ.

1561. 13. Iunij.

Francisc.

del Cado

Hisp. Ep.

Lugen.

1558. Ianu. Caro-

lus de pi-

ne Callus

Ep. Doli.

1549. Eustach.

Bellayus

Ep. Paris-

ien.

1550. Decemb.

Tristanus

us de Biset Ep. Sanctonensis.

1557. Septem. Carolus Russeus Ep. Suesionen.

1559. Nouem. Aegidius Epiphanius Ep. Niuernien.

1560. 5. April. Stephanus Ducher. Ep. Crispotien.

1562. Decemb. Nicholaus de Pellene Archiep. Senonem.

1562. 25. Martij. Ludouicus Aboleus Ep. Vencien.

1560. 3. Maij. Antonius Lecintius Ep. Abrincen.

1558. 15. Septem. Philippus de Bec. Ep. Vene ten

1557.9. August.

Petrus D  
nesius Pa  
riſien. Ep.  
Varen.

1538. Nouemb.

Gabriel  
Lexeneu  
Ep. Ebroi  
cen.

1556. Iulij. Caro

lus & Ag  
nes Ep. Ce  
nomanen.

1552. April. Ioā

nes & Mor  
uillier. Ep.  
Aurelian.

1561. Iul. Ioānes

Clareſſe  
Ep. Senes  
cen.

1555. Decemb.

Frāciſcus  
de Beau  
pere Ep.  
Meten.

1540. Maij. Gabriel Bouerius Ep. Andegauen.

1545. Ianu. Hieronymus Burgen. Ep. Cathalonen.

1552. 28. Ianu. Eugenius Obairt Hibernus Ep. Achaden.

1561. 17. Iunij. Thomas Cjerllathe Hibernus Ep. Roſſen:

1562. 28. Ianu. Bonaldus Magongail Hibern. Ep. Rapeten.

Stephanus de Nauaria Abbas Sancte Mariae Cratiarum prope Parmam.

Augustinus Iofchus Hispanus, Abbas pio Titulo.

Ludonicus de Baesse Abbas Cisterciens.

Hieronymus Suocherus Abbas Clareuallen.

Sixtus Cr-mouen. Abbas S. Bartholomæi de Pistoria.

Euthitius. Antuerpien. Abbas pio titulo.

Ricardus Yercelen. Abbas præualensis de Ianna.

Vos quoque DANESI, & Gabriel, & Carole fratres  
Dirarum insidias nunc non sine numine Diuum  
Rumpetis: nec uos sapientia deseret ardens,  
Nec pietas, opere & socios nec habere pigebit  
In tanto geminos IOANNIS nomine dictos,  
Ingenio, & probitate pares, & fortibus ausis.  
Vis & FRANCISCUM, & Bouerum, Hieronymum q  
Nosceret: qui sperant consumere Naribus Hydros  
Eflantes flammæ, & mordaci ore uoraces,  
Post hos tres Iuuenes quos frigida Hibernia legat,  
FVGFNium, Thomam q; bonos, iustum q; Bonaldum,  
Omnes ornatos ingens uirtutibus orbis  
Misit, ut hanc scabiem, tollant morbum q; malignum,  
Sacratis omnes induti tempora mitris.

REVERENDISS. ABBATES,  
& Ministri Generales.

Vos quoque Præfetti Monachorum uos quoque uerbi  
Dicam: tu Stephane ardenti compulsus amore  
Conterere audebis caput Hydræ: tu optime Lofche  
Et tu LVDOVICE pio comitante Suohero,  
Cum SIXTO, Euthitio, & Ricardo ferre benigne  
Auxilium socio tentas: dein Religionum  
Præfetti magnos gaudent tolerare labores,  
Insudant operi VINCENTIVS, atq; Zamorra,

Et uere sapiens ANTONIVS, integra cuius  
 Et mens, & recti mores, immensus & ardor  
 Coelestis Regni spoliant affectibus, & gnos  
 Qui reddunt homines, Vitam hinc agit ille beatam,  
 Christophorus sequitur Fazzinus q; & Milauaccha,  
 Illis te socium LAINES doctissimus infert.

IVRISCONSULTI MISSI A S. D.

**N**Ec nostra illustres Heroas Musa filebit,  
 Condere sanctarum qui tentant dogmata legum,  
 Quae poterunt fortes mundum fulcire cadentem;  
 Est primus GABRIEL, quem clarum legibus & quis  
 Syncero q; animo sanctis & moribus Aetas  
 Miratur praesens, & postera saecula stupebunt.  
 Mox LANCILLOTTVS, diuino astante Senatu  
 Orantem causas quem cernis Maxima ROMA  
 Priscorum q; memor Natorum audire uideris  
 Mellifluas Ciceronis uoces, hunc prope sperans  
 Tartaream superare luem CASTELLVS amico  
 Sidere, & ad Stygias detrudere feruidus undas :  
 Huic Iuueni, cum pulchra parens epulit in auras  
 Praesentes caelum liquentes Aethera Diui  
 Astiterunt, puero libantes oscula doctes q;  
 Ingentes tribuere, quibus mortalia corda  
 Demulcet, suadens ut linquant irrita mundi,  
 Somnia, & obscuras nebulas, & nubila tetra,  
 Hinc homines uitis dimmissis facta secuti  
 Illustri Iuuenis sperans ascendere olympi  
 Atria, concilium q; ingens augere Deorum.  
 Tu nunc magnanimo Heroi tua porrige dona?  
 Cui magnus Nereus, & Tethys caerulea Nymphis  
 Associata suis, miti & cum matre Palæmon,  
 Phorcus q;, Glaucus q; euulsa coralia faxit,  
 Ostrea q;, & conchas, donant de more quotannis  
 Intextas q; etiam uario de flore corollas.

Vincentius  
 Iustinian.  
 Ianus. Ge  
 neralis or.  
 praed.  
 Franciscus  
 Zamorra  
 Hiss. Cf.  
 S. Franc.  
 de obser  
 uantia.

Antonius sa  
 piens Au  
 gustanus  
 Genes. S.  
 Francisci  
 Conuent.  
 Christopho  
 rus Patav.  
 Gen. S. Au  
 gustini.  
 Stephanus  
 Fazzinus  
 Cremona.  
 Prouincia  
 lii Lobar.  
 pro Cent.  
 Carmelit.  
 Io. Bapt.  
 Milauaca  
 cha Affe.  
 Generalis  
 seruorum  
 Iacobus  
 Laines Ge  
 neralis so

cietatis Iesu. Gabriel Paleotus Bononien. Auditor Rotæ.  
 Scipio Lancillottus Rom. Aduocatus Concistorialis.  
 Ioannes Baptista Castellus Bononien. Sacri concilij promotor.

Quocirca rebus miseris sperare salutem  
Incipe ? nam uoces iustas, R E X ipse Deorum  
Audiet, infirmos miserans, lætuum q; tonabit.  
Tunc tibi, tunc cedent primos, uaga flumina cursus  
Danubius, Temesis q; Cæler, Rhenus q; bicornis,  
Atque Arar, auratis q; ingens Pactolus arenis,  
Et tibi terrarum Reges e' marmore templa  
Instituent, aras q; tibi pia turba sacrabit.  
Tunc pingues fruges passim feret integra tellus.  
Ducet & apricis in collibus uua colorem;  
Nec premet Agricolas ullus labor arua colendi  
Pro lymphis uitreis tenerum lac flumina fundent,  
Securus nostris iam crescet piscis in undis?  
Non miseras gentes consumens impia bella,  
Non odia ablument mestos crudelia ciues,  
At superi pacem donabunt omnibus oris,  
Cui comes est Astræa, & pleno copia cornu,  
Falciferi q; senis felicia sæcla redibunt.

Talia uaticinans cantabat carmine PROTHEVS,  
Quem uasto immemores algarum corpore Phocæ,  
Delphini q; leues, stupere & grandia Cæte.  
Ast Athesis uitream pertentant gaudia pectus,  
Lætitiâ q; suis cum Nymphis murmure monstrat.

AD REVERENDISS. IACOBVM  
MARIAM SALAM Viuaticensis  
Ecclesiæ Antistitem.

Quæ lusi pede SALA stans in uno  
Commendo tibi, crure ut illa uttoque  
possint auspiciis tuis Tridenti  
Magnas Pontificum domos adire.  
Sic Dii dent tibi planta utraque sanam  
Ad oras remeare gallicanas.

FINIS.